



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilman**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

22. Ludouicus Granaten. Concione I. de S. Dominico, F. Romanus  
Theologus Dominicanus apparet D. Thomæ Aquinati, ad quæstiones  
quasdam illius respondet atque vt in sua vocatione perseueret, hortatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

deret, recēsens lectionem quam postridie fuerat traditus, quandam locum offendit obscurum. Quo non intellecto, vix potuit dormire sollicitus. Qua nocte somnianti, ego illi quod non intelligebat, exposui: imo non ego, sed imago mea nesciente me, & tam longè trans mare aliquid aliud, siue agente, siue somniante, & nihil de illius curis omnino cūrante.

*Ludouicus Granatenis concione t. de S. Dominico,  
F. Romanus Theologus Dominicanus apparet D.  
Thome Aquinai, ad questiones quasdam illius  
respondebat, atque ut in sua vocatione perseuereret,  
bortatur.*

## CAP. XXII.

**O**RANTI QUODAM TEMPORE S. THOMÆ NEAPOLI IN TEMPO DOMINICANORUM, APPAUIT FRATER ROMANUS S. THEOLOGIÆ DOCTOR, QUÊ ILLE SIBI PARISIIS IN PRÆLECTIONIBUS RELIQUERAT SUCCESSOREM, QUI NON ITA PRIDEM OBIEBAT, D. THOMA IGNORANTE. VT ERGO VIDIT ILLUM IUXTA STANTEM, GRATULOR, INQUIT, TE HUC ADUENISSE: SED QUANDO, ORO, VENISTI? RESPONDITILLE: EGÓ IAM EXCESSI È CORPORE, PERMISSUM AUTEM MIHI EST PRO TUO MERITO TIBI APPARERE. TERRITUS CORESPONSO NÔNIHIL SANCTUS VIR, CUM SE COLLEGISSET, AIT; ADIURO TE PER DOMINUM UT INDICES MIHI, NUM PLACEANT DEO OPERA MEA. RESPONDIT ROMANUS; PERSEUERA IN HOC STATU, NEC DUBITES GRATA ESSÈ DEO QUÆ FACIS. ET THOMAS: TECUM

VERÒ.

932 COLLATIO AN. SACRAR.  
verò, inquit, ut agitur? Respondit: Ego vita  
fruor sempiterna: attamen ob negligentiam cu-  
ratum testamentum à Parisiensi Episcopo mi-  
hi traditum, poenas lui in locis purgatoriis ad  
dies quindecim. Et Thomas; Scis, inquit, cre-  
brò nos in disputationē illam adduxisse que-  
stionem, an permaneant in animo scientiae in  
hac vita acquisitae, quæso ut cā mihi expedias.  
Respondit Romanus: Ego Deum intuor, no-  
li hac de re ex me se secessari. Et Thomas; Vide-  
ne, inquit, Deum sine medio, aut aliquare in-  
terposita? Tum ille; Sicut audiuimus, ait, sic vi-  
demus in ciuitate Domini virtutum, moxque  
disparuit, & S. Thomam magna reliquit con-  
solatione perfusum.

D. Fridericus N. defunctus, Romæ sub crepusculum  
matutinum apparet D. Eisenreichio in somni, &  
locum Salomonis admirabili doctrina exponit.

CAP. XXII.

VM anno Domini 1566. agerem Romę cū  
viris Clariss. D. Martino Eisenreichio &  
D. Ioāne Pfistero, Oratoribus Serenissimi Ba-  
uariae Ducis Alberti apud sedē Apostolicam,  
paulò post Paschæ solemnia, D. Martinus Ei-  
senreichius, Orator tunc Bauaticus apud Plu-  
V. Pōtif. Max. admirabilem habuit sub iplom  
crepusculum matutinum visionē, quam mox  
vt euigilauit, mihi ad se accessito, atque item  
D. Philippo Dobereinero admirabundus e-  
narrauit. Olim is cū D. Friderico N. tunc  
adhuc